

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.

1673.

1. Finck, Johannes Marticus: De iudicio perit foramen
2. Fahn, Christianus Gottfrid: De necessitate vel jure,
quod necessitates constituit.
3. Mater, Henricus Guilielmus: De demonstratione
4. Loh, Christoph Josephus von: De vexillo Imperiali.
Ed. 2. 1725.
5. Rebhacius, Johannes: De eo, quod interest.
6. Ruemelin, Georgius Ursicus: De donatione remuneratoria
atque obligatione antidotali.
7. Schaefferus, Jacobus: De salionis jure.
8. Spoelin, Johann Georgius: De repressaliis earumque
jure.
9. Hocken, Gerardus, von: De precibus primariis
Imperatoris. 2 Summl. 1673 & 1733.
10. Hocken, Gerardus von: De sigillis
11. Hoernerus, Godefridus: De favore liberorum

1673.

12. Vitriarius, Philippus Reinhardus: De jure antecessoris

in successorum.

13. Zell, Daniel: de Delegatione debitoris

14. Zuehl, Marcus: De actione injuriarum aestimatoria


nia



[Faint, illegible handwriting in a cursive script, possibly a historical document or letter.]







FRONZ
DISPUTATIONES JURIDICAE

DE
LEGATIONIBUS

IN DIVINA FAVENTE GRATIA
SECRETI ET SACRISSE

ACADEMIAE SCIENTIARUM ET
ARTIUM

BOHEMICA ARGENTORATIENSIS

IN ARGENTORATO

MDCCCXXXIII



0. 24



G. C. num. 25.

25

1673, 3.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE
DEMON-
STRATIONE
DIVINA ADSPIRANTE
GRATIA,

DECRETO ET AUTHORITY
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI
JURISCONSULTORUM ORDINIS
IN

94

Celeberrimo Treboccorum Athenæo,

PRO
LICENTIA,

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia
DOCTORALES ritè obtinendi,

Solenni Eruditorum Confessui

ad

Diem ~~XI~~ Mens. Decemb. M. DC. LXXIII.

Examinandam proponit

H. Lq. S.

HENRICUS GUILIELMUS *Maler/*
Bada-Durlacensis.



ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.



D I S S E R T A T I O N E M I N A N T I Q U A L I T A T E M

D E M O N

S T R A T I O N E

D I V I N A A D P A R A N T E

G R A T I A

D E C R E T O

G R A T I A

Calpurnio Triboniano Aduro

P R O

L I C E N T I A

...

...

K

...

...

...

KBN



I. N. D. N. J. C.

P R O O E M I V M.

Rarissima est, & cedro digna
 sententia Imperatoris Flavii
 Leonis in Proœm. & Nov. 46.
 exacte conveniens cum illa
 Pauli in l. 25. ff. de lib. leg. &
 Ulpiani in l. 1. de in integ. restit. l. 6. §. 4. de
 precar. imo & ipsius Imperatoris Constan-
 tini in l. 15. C. de Testam. & Justiniani in l.
 ult. C. de jur. Dom. impet. Postquam ergo
 Magnus & Amplissimus Actorum Ce-
 leberrima Hujatis Ordo, exantlatis feliciter
 per utrumque Jus Examinibus decreverit
 mihi Licentiam, Disputationem aliquam
 Inauguralem, conscribendi, eamque sine
 Praside defendendi, merito hoc Imperatoris
 dictum mihi quoque pro norma quasi fuit,
 quam juxta eligerem Dissertationis aliquod
 thema, & in primis hoc ipsum de Demonstra-
 tione.

*tione. Quae, quantas frequentissime obtineat
 utilitates, vel hinc abunde patet, quod Sacra-
 tissimo Imperatore Iudice inter materias in
 ipsis rerum argumentis obtinentes, vid. §. 3.
 Procem. Instit. fac. l. un. C. de nud. Jur. Quir.
 toll. peculiare integri tituli meruerit mem-
 brum, tit. ff. de condit. & Demonstr. Quan-
 ta etiam ejus sit necessitas, facile noverit is,
 qui plura esse negocia, quam vocabula, non
 omnino ignorat, l. 4. ff. de P. V. Et quod Le-
 gibus magis sit amica certitudo Et claritas,
 quam incertitudo Et obscuritas, vid. l. 29. §. 3.
 ff. ad L. Aquil. l. 77. ff. de contrah. empt.
 Maxime vero me movit, quod inter tan-
 tam Juris Doctorum molem raram ejus vi-
 derim mentionem, eamque fere non nisi ratio-
 ne effectus, quem falsitas conciliare ei existi-
 matur. Opera ergo pretium speravi, peri-
 tius aliquanto pro ingenii modulo ejus na-
 turam inspicere, eamque quam potuit fieri
 brevissime, l. 2. §. 21. C. de V. J. E. describere.
 Sed quoniam DEUS est, qui res penitus etiam
 desperatas donare Et consummare virtutis
 suae magnitudine potest, const. DEO Auto-
 re. de*

1781



re. de concept. Dig. merito & in ejus Nomi-
 ne ad hanc Spartam, sicut ad alia omnia con-
 silia, omnesque actus progressus sum. juxta l.
 2. pr. C. de off. Præf. Præt. Afr. Ea bona fidu-
 cia, fore, ut, cum is Creator, Creaturaq; sua
 Curator sit, nequaquam mentis inopem per
 omnia ex imprudentia frustrari sit permiss-
 rus, N. L. 39. Consideravi autem, more ha-
 ctenus fere solenni, materia hujus tum gene-
 ralia in Definitione & Divisionibus, tum spe-
 cialia, causas scil. Efficientem principalem,
 impulsivam, instrumentalem: Materiam
 ex qua, in qua & circa quam: Formam i-
 tem internam & externam: post Finem, &
 Effectus: nec non Affinia & Contraria. In
 colligendis Doctorum Autoritatibus nolui
 esse operosus nimis, vel prolixus, contentus u-
 nius vel alterius Classici Doctoris assensu
 textu juris nixo. Caterum, cum luculentam
 deprehenderim consonantiam inter Jus Ci-
 vile Commune, & id, quod Patria Dice-
 cesis proprium sibi vindicat, è re fore censui,
 istius quoq; suis in locis mentionem facere. Te
 B. L. ea, qua par est, observantia obsecro, ve-
 lis hæc omnia ad benevolentia tua regulam
 examinare.

I.

DE Demonstratione acturum nosse prius oportet, unde nomen DEMONSTRATIONIS descendat, *arg. l. 1. ff. de I. & I.* Est autem natum ex combinatione duarum vocum, *De* nempe, (cujus naturam, & in compositione vim vid. apud Wesemb. *π. ff. depositi Calvin. Lex. Jurid. voc. hac.* Alber. de Rosate *vocab. Jur. voc. h.*) & *Monstrare*, h. e. ostendere, quod Festus *voc. Monstrum* à monendo deducere videtur.

II. Sumitur in sensu (1.) Vulgari, mox pro qualicunque rei ante oculos positæ ostensione, *vid. l. 1. §. 1. ff. de edend. l. 63. §. 1. ff. de contrah. empt. c. 47. f. X. de testib.* modo pro rei dubiæ probatione, *vid. l. 2. §. 1. ff. de excus. tut. l. 19. l. 20. l. 23. C. de probat. l. 4. Cod. de fid. instrum. Nov. 115. c. 3. f. c. 6.* & passim: aliquando etiam pro definire, *in l. 7. §. 1. ff. de supell. leg.* interdum pro indicare, *vid. l. 7. §. 2. ff. de supell. leg. l. un. §. 2. ff. de via. publ. l. 2. pr. ff. de O. I.*

III. (2.) In sensu Philosophico pro Syllogismo constante ex veris, primis & immediatis, notioribus & prioribus, causis conclusionis. Arist. *1. An. post. c. 5.* Dn. D. Dannhauer p. m. *Epit. Logic. p. 2. c. 1.* Hornei *disput. Log. c. 8. 9.* Cujus occasione Quæritur: An hoc modo possit demonstrare Jctus? *vid. Hahn. ad Wesemb. π. ff. de LL. n. 4. add. Conring. Propolit. c. 7. Rachel. introduct. ad Eth. Nicomach. Arist. c. 12.* Hornei *Phil. Mor. l. 2. c. 2. num. 13.* Wendelin. *Phil. Mor. lib. 1. c. 1. q. 17.*

IV. Denique (3.) sensu venit Juridico pro certificatione rei ex appositione alicujus accidentis.

1787

tis. Hocque ipso modo iterum vel late, ut comprehendat etiam eam, quæ denotat rem ab accidente futuro & nondum existente, *vid. l. 1. §. 4. ff. de serv. corr. l. 5. §. f. ad L. Aquil. l. 19. ff. jud. solv. l. 54. f. pr. ff. h. t. l. 22. pr. ff. quand. dies leg. Bart. & Dd. in l. 34. ff. de aur. arg. mund. nec non ipsa nomina rerum, l. 9. §. 9. junct. §. 8. ff. de hered. instit. l. 115. pr. ff. de V. O. l. 69. §. 4. ff. de I. D. l. 115. ff. de V. O. vel stricte, & magis proprie, pro certificatione per qualitatem præsentem vel præteritam, quam sensum obtinet in §. 25. 30. J. de legat. l. 17. pr. l. 33. pr. 34. & t. t. ff. de condit. & demonstr. Cui. π. ff. de cond. & dem. & hoc nostro quoque proposito.*

V. In qua significatione exprimitur aliquando voce Designationis, l. 17. §. 1. h. t. l. 62. ff. de hered. instit. l. 3. C. de fals. caus. adi. Denotationis, l. 24. ff. de man. test. Circumlocutionis, c. 47. X. de testib. Significationis, l. 21. §. 1. ff. qui test. fac. poss. Adsumptionis, l. 48. §. f. de hered. instit. Demonstrans etiam dicit argumenta rei, l. 3. ad exhib. nominat fines fundi, l. 63. §. 1. de contrah. empt.

VI. Et est adjectio qualitatis præsentis vel præteritæ ad rem vel personam facta facilioris eventus gratia. Vel cum Bart. Est quædam ex instantibus vel præteritis accidentibus notitia, quo magis dispositio sit liquida, adhibita rei, quæ est in facto, non quæ est in fieri. *ad l. 17. ff. h. t. add. Magnificum Dn. Rebhan Jctum Excellentissimum, Amplissimi Jctorum Ordinis hujatis p. t. Decanum, Spectatissimum, & Seniore Venerandissimum, Dn. Patronum, Præceptorem, & Promotorem meum obsequiose colendissimum, in tract. de Error. Testam.*

ab

ab ipso edito c. 8. p. 64. Leand. Galganett. de cond. & dem. p. 1. c. 90. num. 1. Molina tom. 1. de I. & I. tract. 2. disput. 211. pr.

VII. Dividi potest (1.) in Arbitrariam, (quæ alias dicitur superflua, quamvis hæc synonymia non videatur generalis & perpetua.) Vid. l. 1. §. ff. de dot. præleg. l. 63. §. 1. de contrah. empt. §. 6. J. l. 13. l. 35. ff. de her. instit. l. 1. §. 4. ff. usufr. quem. cav. §. 1. 2. J. de vulg. substit. l. 4. 14. ff. eod. Fürstl. Marggr. Bad. Landrecht. p. 5. tit. 10. §. Wann auch. l. 77. §. ff. de contrah. empt. l. 17. §. 6 ff. de A. E. V. Et in necessariam: vid. C. J. A. h. t.

IIIX. Quæ subdividi potest in absolute talem, l. 1. §. 1. ff. de Edil. Edict. l. 66. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 4. pr. & §. 5. ff. de censib. l. 8. Cod. qui test. fac. poss. O. Not. de 1512. tit. Von Testamenten. §. 9. O. Pol. de 1577. tit. Von Juden und ihrem Wucher. §. 3. l. 21. l. 28. ff. ad L. Corn. de fals. Nov. 115. c. 3. & 4. §. M. B. Landrecht. p. 5. tit. 17. & 18. part. 4. tit. 6. §. Fürs ander. p. 4. tit. 8. §. Ferner solle. p. 4. tit. 20. pr. & talem secundum quid, vid. l. 9. §. 9. l. 62. ff. de her. instit. §. M. B. Landrecht. p. 5. tit. 10. §. Also ist auch. fac. l. 30. ff. de test. tut. l. 10. 27. ff. de reb. dub. l. 69. §. 4. ff. de I. D.

IX. Dividitur (2.) in Verum & Falsam. Leand. Galgar. d. l. p. 1. c. 9. n. 2. De illa agit, l. 5. §. ff. de leg. 1. l. 28. §. 1. h. t. de hac, §. 31. J. de leg. l. 17. l. 33. 34. ff. h. t. Qualis autem sit quando Notarius Instrumentū confectum de nocte dicit factum hac vel illa die, vid. Felin. inc. 24. num. 6. ff. de off. de leg. (3.) In expressam, & tacitam, seu præsumptam, vid. l. 19. §. 1. de V. O. l. 7. §. 8. ff. de pact. §. 6. J. de hered. instit. l. 23. ff. ad Sct. Treb. l. 56. §. 2. ff. de fidejuss. (4.) Alia describit genus, alia speciem, l. 5. l.

148

10. ff. de aur. arg. mund. l. 16. §. 3. ff. de alim. leg. l. 29. pr. l. 78. §. 2. de leg. 3.

X. Alia (5.) est Honorabilis, alia turpis, alia indifferens, vid. l. 43. ff. de contr. empt. l. 18. ff. de Ædil. Edict. l. 9. ff. de trit. vin. ol. leg. l. 9. §. 8. ff. de hered. instit. l. 48. §. 1. eod. l. 54. pr. de leg. 1. (6.) Alia possibilis, alia impossibilis, arg. l. 3. §. 2. ff. de lib. & posth. l. 7. §. 1. de trit. vin. ol. leg. add. §. 5. J. de hered. instit. l. 1. §. 4. ff. eod. §. M. V. Sandrecht. p. 5. tit. 10. §. ein Testierer.

XI. Alia (7) intendit solam rei demonstratæ certitudinem, vid. l. 7. §. 8. ff. de pact. l. 9. ff. de probat. l. 12. ff. de alim. vel cib. leg. Alia requirit præcisam existentiam qualitatis expressæ, vid. l. 11 §. f. ff. de A. E. V. l. 63. §. 1. l. 94. ff. h. t. l. 9. de supel. leg. l. 8. §. 2. de leg. 2. l. 5. de trit. vin. ol. leg. c. 34. seq. X. de Rescript.

XII. Provenit autem omnis Demonstratio ex voluntate Demonstrantis. Quæ sicut alias, vid. l. 53. ff. de furt. l. 33. ff. de injuri. l. 19. ff. de hered. instit. l. 19. h. t. ita vel maxime hic spectatur, l. 18. ff. de instruct. vel inst. leg. l. 3. §. 1. l. 9. ff. de trit. vin. ol. leg. l. 27. l. 40. §. 3. l. 72. §. 8. ff. h. t. l. 123. ff. de V. S. qua etiam absente nulla præsumitur demonstratio, vid. l. 6. ff. de leg. 1. l. 85. de leg. 3. add. l. 16. §. 3. ff. de test. tut. Prælaud. Dn. Rebhan. dict. tract. cap. 8 pag. 66.

XIII. Cum vero propositum in mente retentum nullum operari soleat effectum, arg. l. 18. ibi Dd. ff. de pæn. Paul. de Castr. in l. 95. ff. de A. vel O. H. conf. Grot. II. de J. B. & P. 43. Necessarium erit, promatur ista voluntas, quod fit ut plurimum verbis, quippe quæ ea de causa sunt reperta, vid. l. 7. §. 2. ff. de supell. leg. Cic. pro Cæcinn. sive proferantur ore, sive scripto, vid. N. L. 42. arg. l. 8. C. qui test. fac. O. Pol. de 1577. tit.

B

Don

Von Juden und ihrem Wucher. §. 3. siue sint com-
plexa, vid. §. 31. J. de leg. l. 17. pr. ff. h. t. siue incom-
plexa, l. 5. §. f. de leg. 1. l. 7. ff. de aur. arg. mund. l. 85. de leg.
3. l. 195. §. 2. l. 65. l. 170. l. 208. de V. S. l. 48. f. de hered. instit.
l. 5. §. 2. ff. ad L. Jul. de vi pub. &c.

XIV. Non minus dicuntur etiam qualitates
rerum denotari aliquo facto, quo modo & alias vo-
luntatem nostram exprimere solemus. l. 95. de A. vel
O. H. fac. l. 1. §. 2. ff. de pollicit. l. 20. §. 3. ff. fam. ercisc. l. 14.
§. 7. ff. de relig. & sumpt. fun. l. 1. §. f. ff. naut. caup. stab. l.
11. C. de pact. convent. l. 13. §. f. l. seqq. ff. locati. Fürstl.
M. B. Landrecht. p. 4. tit. 5. §. Es soll auch. l. 27. §. 1. 2.
ff. ad Municip. §. 44. J. de R. D. l. 74. ff. de contrah. empt. l.
4. §. 2. l. pen. ff. de leg. Commiss. §. M. B. Landrecht. p.
4. tit. 9. §. Hingegen. l. 14. C. de testam. c. ult. dist. 38. c. 9. de
consecr. dist. 2. c. 25. X. de prabend. clem. fin. de sent. excom-
mun. An autem locatio in decennium, vel tempus
longius demonstret translationem possessionis, vel
dominii utilis, Aff. Castr. ad l. 26. §. 3. num. 2. ff. sol-
matr. & ad l. 91. §. 2. n. 4. ff. de leg. 2. per l. 1. §. 1. ff. si ager
uectig. pet. & l. 1. §. 3. ff. de superfic. Felin. inc. 7. n. 87. X.
de constit. arg. c. 5. 9. X. de reb. Eccles. non al. Negat verò
Wesemb. π. ff. locati. n. 8. An etiam creditor accipi-
endo id, quod in compensationem sui crediti ipsi
est relictum, demonstret se contentum fore, vid. c.
14. X. de testam. l. 85. ff. de leg. 2. l. 6. Cod. de hered. instit.
Bald. in pract. tit. de ultim. volunt. quest. 10. add. Man-
tic. de coniect. ultim. vol. lib. 10. tit. 2. Menoch. lib. 4. de
presumpt. 109. ubi habetur quando videatur quid a-
nimo compensandi relictum. Quanquam, quod
ad effectum, hæc & similia exempla magis præsum-
ptionem operantur, quam ut proprie demonstrent.

XV. Ita

1767

XV. Ita sæpenumero una res demonstrare dicitur aliam, *vid. l. 1. §. 6. ff. de Ædil. Edict. l. 6. ff. de his que sui vel al. jur. l. 5. de in jus voc. l. 44. ff. de relig. & sumpt. fun.* An autem Cenotaphium demonstret locum religiosum, *vid. l. 6. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fun. & l. 6. §. f. de R. D.* An item signum meum in re quadam inventum demonstret, illam esse de bonis meis, *vid. l. 3. C. de fabricens lib. 11. c. 97. l. q. 1. l. 2. C. de reb. al. non alien. Bald. pract. tit. de extraord. quest. q. 17.*

XVI. Inducit nos ad demonstrandum plerunque necessitas quædam moralis, sive vera, sive præsumpta, sive proveniat à lege, sive ab ipse re, ejusque vel incertitudine, non tam quoad se, quam quod nos, *vid. l. 7. §. 1. ff. de contrah. empt. l. 120. ff. de V. O. vel ex defectu vocabulorum, vid. l. 4. ff. de præsc. verb. conf. Grot. II. de J. B. & P. 17. 4. sive denique ab homine, qualis est Judex vel Adversarius, vid. l. 6. §. 1. ff. de confess. Wefemb. d. t. n. 4. id. ff. de accus. n. 12. Jul. Clar. V. sent. §. f. n. 12.*

XVII. Omnia ergo, de quibus qualitas, sive accidens aliqua potest prædicari, demonstrari quoque poterunt, neque Legata exhaustiunt ejus amplitudinem, quam quidem sententiam Glossæ arguendo imputat, Bart. *add. l. 17. ff. h. t.* Primario tamen denotari solent ea, quæ incertitudinis quid quovis modo patiuntur, sive ob carentiam nominis, sive proprii nominis defectum, sive ob diversum respectum, sive alia de causa. Cujusmodi sunt, Liberi *l. 9. §. 9. ff. de hered. instit. l. fin. ff. de b. p. sec. tabb. l. 24. ff. de man. test. servi, l. 5. f. de R. V. l. 27. ff. de reb. dub. servitutes, l. 7. ff. comm. prad. fundus, l. 106. de V. O. pignus, Ord. Pol. de 1577. tit. Von Juden und ihrem Wucher.*

§. 3. Legata, *t. h. t.* facta, §. 9. J. l. 7. §. 8. ff. de injur. l. 16. §. 1. de pæn. res debitæ, l. 3. ad exhib. l. 6. de R. V. l. 1. §. 40. ff. depos. vitia, l. 1. §. 6. ff. de Ædil. Edict. quantitates, l. 108. §. 10. ff. de leg. 1. l. 1. §. 7. ff. de dot. præleg. l. 3. C. de fals. caus. adi. Dos, l. 69. §. 4. ff. de J. D. Et quid non?

XIIX. Ita tamen ut hinc non removeantur, ea quæ omnino sunt certa v. c. jura, Castr. & Dd. in l. un. C. qua def. Adv. Notoria, Gail. II. Obs. 31. n. f. & 46. n. 21. Myns. cent. 6. O. 3. Quamvis his talibus accedens omnino sit superflua, arg. l. 1. §. f. ff. de dot. præleg. l. 63. §. 1. ff. de contrah. empt. c. 31. de R. J. in 6. l. 1. §. f. ff. de A. E. V. c. 8. X. de cohab. cler. c. 5. X. de cler. excomm. ibi. Dd. Castr. in l. 1. ff. de lib. & posth. Felin. in c. 2. n. 1. X. de lib. oblat. Aymo Cravett. p. 4. cons. 674. n. 40. Adeo, ut nec in Criminalibus, quæ alias evidentissimas desiderant significationes, earumque probationes, l. 3. ibi Dd. ff. de accus. l. fin. ibi Dd. C. de probat. opus sit demonstrare locum qui est notorius vid. Bart. in d. l. 17. n. 7. h. t. Bald. in rubr. C. de contrah. empt. in ult. col. pr. vers. nunquid autem sit. Angel. in l. 5. ff. de R. V. quamvis tutius sit, hic quoq; apposuisse confinia loci, Jason ad l. 2. n. 14. ff. de lib. & posth. & ita de consuetudine apponi soleant, teste Clar. V. sent. §. f. n. 12. Limitationem hujus theoricæ, vid. per Fel. in c. 2. n. 2. X. de lib. oblat. & arg. eorum. quæ inf. §. 20. habentur. Cujus ratione patet, quare in appellatione ab interlocutoria gravamina etiam notoria sint alleganda, Felin. in c. 2. n. 6. X. ut lit. non contest. Rob. Marant. Spec. aur. p. VI. de appell. n. 142.

XIX. Nec aliter in considerationem nostram veniunt res, quam quatenus, ut dixi, qualitates quædam de iis prædicari, adeoque omnis incertitudo expel-

expelli potest. Quapropter ea, quæ radicantur & pendent ab animo solo, demonstrari ab alio proprie nequeunt, uti scientia & ignorantia, vid. Wesemb. π. ff. de jur. & fact. ignor. num. 3. item ea quæ fiunt clam arbitris, vid. Wesemb. π. ff. de probat. n. 7. Nic. Everh. Loc. Leg. Top. præamb. n. 8. Facta etiam negativa, arg. l. 10. C. de N. N. P. l. 23. C. de prob. c. 11. X. de probat. c. 23. X. de elect. c. 2. VI. q. f. c. 3. de caus. poss. & propr. Wesemb. π. ff. de probat. n. 6. ibique Ludvv. Felin. in c. 32. n. 7. X. de testib. & inc. 16. n. 16. X. de accusat. Mantic. de conject. ult. vol. l. 2. tit. 1. num. 3, 5. Res denique futuræ, quæ tales arg. l. 6. de leg. 1. l. 23. de cond. inst. Leand. Galgan. d. l. p. 1. c. 4. n. 5.

XX. Sortitur locum Demonstratio in quovis juris objecto, & actionibus vitæ humanæ omnibus, siue sint contractus, siue judicia, siue ultimæ voluntates. Quanquam modo diverso. In quibusdam enim pro arbitrio agentis adesse, vel abesse potest, quando nempe res, de qua agimus, vel omnino certa est, vid. l. 17. §. 6. ff. de A. E. V. l. 13. l. 35. §. 2. ff. de hered. instit. vel saltem quoad præsentem actum, v. c. quando agitur de Nundinis Francofurtensibus; quamvis enim duæ Urbes hoc nomine veniant, adeoque incertum esse possit, de utra loquamur, quoniam tamen sermo est de Nundinis, quæ de alterutra tantum prædicantur, ideo per nos stat, addidisse demonstratiouem, vel non, vid. Bald. in l. 9. §. 8. ff. de hered. instit. Idem dicendum, quando rei de qua agimus, competit nomen aliquod singulare & rarum, vid. Felin. Proæm. Gregorius n. 31. Gloss. in l. 8. C. qui test. fac. poss. Angel. in tract. malef. vers. Cajum Sempronium. Limita hoc ipsum, quando extat statu-



tum, quod in tali actu pro forma requireret demonstrationem, Bald. *d. l. Jason & Castr. ad l. 1. ff. de lib. & posth.* Felin. *c. 2. n. 1. 2. X. de lib. oblat.* Galganett. *d. l. p. 2. cap. 2. quest. 2. n. 2.* Quid autem censeatur de forma actus esse, vid. Felin. *in c. 22. n. 6. X. de Rescript.*

XXI. Quædam causæ desiderant eam maxime ob jussum Legis, vid. *l. 31. §. 21. ff. de Ædil. Edict.* O. Not. 1512. §. 3. seqq. Nov. 47. *l. 3. ff. de concub. l. 27. l. 42. ff. de m. c. donat. auth. minoris. C. qui dar. tut. l. fin. C. de novat.* J. M. B. Landrecht. *part. 4. tit. 6. §. Fürs ander. & p. 4. tit. 8. §. Ferners.* Nov. 107. *c. 1. l. 3. ff. de accusat. Const. Crim. art. 31. §. Zum andern. seq. artic. 48. seqq. c. 24. X. de accusat. clem. 5. de appell. c. 1. de appell. in 6. Ord. Cam. p. 3. tit. 34. §. f. add. §. 8. supra.* An autem Tutor teneatur demonstrare quantitatem patrimonii pupillaris, vid. *l. 2. C. de de alim. pup. præst. l. 3. §. 4. ff. ubi. pupill. educ.* Ludvv. ad Wes. *d. t. Minor & mulier, an, quando jurant de non veniendo contra, necessario prius debeant certiorari, vid. Castr. ad l. 13. §. 2. n. 12. ff. de jurejur. ad l. f. n. f. ff. ad S Ct. Vellej. & ad auth. Sacramenta puberum. n. 12. C. si adv. vend. Gail. II. O. 41. n. 4. & 77. n. 8.*

XXII. Quidam actus, quoniam occupati sunt, circa res, quæ alio modo, quam per demonstrationem, æque bene certificari possunt, habent quidem demonstrandi necessitatem, sed non aliter, quam quando alius modus vel non placet, vel non est commodus, vid. *S. §. 8. f. add. l. 77. §. f. ff. de leg. 2. l. 63. §. f. de contrah. empt. l. 48. ff. de A. E. V. l. 6. ff. de R. V. l. 3. ad exhib. l. 1. §. 40. ff. de pos. l. 62. §. 1. junct. l. 58. pr. ff. de hered. inst. J. M. B. Landrecht. p. 5. tit. 10. §. Also ist auch, p. 5. tit. 22. §. Damit aber.*

XXIII.

XXIII. Sunt tamen causæ, in quibus non est integrum adhibere ullam demonstrationem. Scilicet quoties facta demonstratio potest generare præjudicium, vel veritati, vel iustitiæ. Talis casus est in l. 47. ibi Castr. ff. de iudic. Marant. Spec. p. 6. de app. n. 9. Constit. Crim. art. 31. §. Zum ersten.

XXIV. Sicut autem accidentia, rerum & qualitates sunt pene infinitæ: sic non ita facile est determinare fontes omnes & sedes, è quibus depromi solent demonstrandarum rerum rationes. Notabiliores tamen sunt isti, ut sumatur denotatio vel à sexu, l. 45. de leg. 2. à patria, l. 48. §. 3 ff. de hered. instit. l. 4. ff. de censib. l. 31. §. 21. de Ædil. Ed. à parentibus, l. 83. ff. h. t. l. 3. de lib. & posth. à conditione, natura, vita, c. 10. X. de V. S. à proposito, l. 5. §. 2. l. 11. §. 2. ff. de pæn. ab ætate, valetudine, l. 8. §. 10. ff. de transact. à ratione vivendi, à facultatibus, à proposito, ab opinione, l. 8. §. 11. de transact. à dignitate, statu vel conditione, l. 8. C. qui test. fac. §. 7. J. de injur. ab artificio, vel officio, l. 24. ff. de man. test. ab affinitate, vel necessitudine, l. 34. h. t. à vilitate, l. 34. Cod. de decur. lib. 10. à gestibus, Ord. Not. de 1512. §. 7. ab eventu, l. 16. ff. de pæn. à pondere, l. 7. §. 1. ff. de trit. vin. ol. l. 1. §. 40. ff. de pos. tactu, sapore, odore, Ord. Not. de 1512. §. 6. à bonitate, l. 3. de R. C. l. 75. §. 2. ff. de V. O. à loco, l. 75. §. 5. de V. O. §. 9. J. de injur. à tempore, l. 54. f. pr. ff. h. t. l. 22. ff. quand. dies leg. à confinibus, l. 4. ff. de censib. §. M. B. Landrecht. p. 4. tit. 6. §. Fürs ander. p. 4. tit. 8. §. Ferners. à quantitate, l. 11. §. 1. ff. de R. C. à duratione, l. 1. §. 23. l. 2. ff. de aq. & aq. pluuv. Modo non sumatur à qualitate contumeliosa. vid. l. 9. §. 8. ibi Castr. ff. de hered. instit. l. 54. ff. de leg. 1. l. 48. §. 1. ff. de he-
red.

red. instit. l. 3. ibi Bart. ff. de lib. & posth. Andr. Gerhard. de jur. test. Diss. 3. §. 61. An ergo à qualitate impossibili? vid. l. 7. ff. de trit. vin. ol. §. M. B. Landrecht. p. 5. tit. 10. §. ein Testierer.

XXV. Formalis demonstrandi ratio consistit in descriptione rerum à qualitatibus vel accidentibus, prout rem afficiunt in statu vel præsentem, vel etiam præterito, idque interveniente Pronomine Relativo *Qui*, (de cujus vocabuli natura, & quando inducat Demonstrationem, vid. Jason. Bartol. ad l. 6. ff. de leg. 1. Casti. ad l. 1. & 17. ff. h. t. & ad l. 1. num. 2. C. de summ. Trin. Felin. c. 29. X. de Rescript. Bald. in pract. tit. de signif. dict. V. hac.) vel simili, vid. Bart. ad d. l. 17. & 34. ff. h. t. ubi per singulas fere Orationis Partes examinat, quomodo faciant Demonstrationem, add. Galgan. sepe d. l. p. 1. c. 91.

XXVI. Notandum hic, quod perfecte rem demonstraturo non sufficiat, eam descripsisse à qualitate præsentem, vel præteritam, nisi hoc faciat eo modo & respectu, quo est talis, arg. l. 14. ff. de fideicom. libert. vid. Bart. ad d. l. 17. n. fin. Casti. ibid. n. 7. & ad l. 2. C. fin. reg. Vol. 2. consil. 298. ubi cautelam tradunt, quomodo sit formandus articulus, Galg. p. 2. c. 2. q. 2. n. 2. Hinc ad convincendum per testes maleficum non sufficit, eum descripsisse vel ostendisse habitu eo, quo nunc forte utitur, sed isto, quo utebatur, cum perpetraret delictum, vid. Casti. ad l. ult. n. 7. C. de jur. delib. Hippol. de Marsil. prax. crim. §. principium. Si quis autem vellet rem describere à qualitate, quæ nec olim adfuit, nec jam inhæret, is, quantumvis dictum modo notamen observet, conditionem tamen potius facit, quam ut proprie demonstret,

1710

monstret, *l. 6. ff. de leg. 1. l. 85. ff. de leg. 3. l. 34. f. ibi Bart. 2. 1. ff. h. t.*

XXVII. Is quoque, qui probe rem denotare intendit, tot apponere debet accidentia, quot certificandæ rei poterunt sufficere, quod aliquando præstat unicum, *arg. l. 1. §. f. de dot. præleg. Castr. ad d. l. 1. num. 2. & 3. ff. de lib. & posth. fac. l. 2. & 3. ff. eod. ibique Bart. & Castr.* Facile ergo est judicare de eo, quod ait Bartolus: ad Demonstrandam perfectæ rem requiri expressionem nominis cum duabus qualitatibus. Id enim licet in thesi sit verissimum, vid. Sichard. *ad l. 4. n. 8. C. de testam. conf. §. 40. J.* Quin tamen in hypothese non semper procedat, nemo forsitan dubitaverit, *vid. l. 35. de leg. 3. Castr. ad d. l. 17. n. 6. h. t. & ad l. 4. n. 3. ff. de leg.* De solo nomine, quod aliquando certificandæ rei sufficiat, dixi supra §. 20. *add. Sichard. ad d. l. 4. n. 7. C. de testam.*

XXIIX. Ad formam bonæ Demonstrationis & hoc pertinere videtur, ut qualitates istæ, per quas significare volumus, actu, vel saltē potentia sint notiores ratione nostri, quam ipsa res significanda. Observat hoc Galg. *p. 2. c. 2. q. 2. n. 2. & p. 2. cap. 2. q. 7. n. 38.* Cum enim apponatur rei certificandæ, *vid. Inf. §. 30.* absurdum foret, certum quid reddere velle per id, quod æque, vel forte magis incertum est, & incognitum. Quare qui stipulatur tritici boni modios centum, incertum nihilominus stipulari videtur, *l. 75. §. 2. ff. de V. O.*

XXIX. His probe observatis justa erit demonstratio, nec interesse puto, affirmantibus, an negantibus concipiatur formulis. Contra multum huc conferet justus verborum ordo & dispositio, *arg. l.*

C

80. ff.

80. ff. h. t. l. 96. pr. l. 108. §. 10. de leg. 1. l. 27. §. ult. de leg. 3. junct. l. 5. de trit. vin. ol. leg. Ludvv. ad Wefemb. h. t. n. 4. Felin. in c. 20. n. 4. X. de Rescript. ut & bona Grammatica. Licet enim falsa Latinitas vitare scripturas non soleat, per c. 11. X. de Rescript. ubi Felin. l. 15. late C. de testam. Sich. ad. d. l. 4. C. de testam. Mant. de tac. & amb. conv. lib. 2. tit. 4. n. 6. 23. In dubio tamen eam sumimus interpretationem, quæ non est contra Grammaticam, l. 8. ibi Bart. & Dd. ff. de aur. arg. mund. Interdum, maxime in momentosis, comprehenditur scripto, vid. l. 3. ff. de accusat. l. 4. ff. de censibus, O. Not. de 1512. §. 5. & tit. Von Testamenten. §. 1. P. H. D. art. 53. c. 37. X. de testib.

XXX. Demonstrandam quis sibi sumit rem i-
deo, ut evitet omnem æquivocationem, arg. l. 8. C.
qui test. fac. poss. §. M. B. Landrecht. p. 4. tit. 6. §. Fürs
ander. l. f. C. de novat. vid. Gail. I. O. 49. & 50. num. 1.
Galgan. p. 2. c. 2. q. 2. n. 2. actus fit eo clarior, & liqui-
dior, & rei demonstratæ major habeatur notitia,
Bart. ad l. 17. n. 3. h. t. Galgan. p. 1. c. 90. n. 3. & ita tota
dispositio conformis menti legis sit, l. 77. ff. de contr.
empt. §. 12. J. de nupt. l. 30. ff. de test. tut. Nov. 107 c. 1.
Non tamen intenditur ea præcise certitudo quæ ob-
tinetur per sensum aliquem corporeum, qualem re-
quirunt in teste per c. 1. XIV. q. 2. c. 26. de elect. c. f. de
success. ab intest. c. 2. de consuet. c. 37. 47. X. de testib. Rob.
Marant. de ord. jud. p. 1. n. 2. p. VI. de test. product. num. 9.
Spec. de teste §. 1. n. 52. seq. Sed satis est, si intellectum
nostrum moveat in tantum, ut absque hæsitatione
ad unam oppositorum partem inclinet, & ita vehe-
mentem de re concipiat opinionem, vid. l. 16. §. 4.
ibi Bartol. ff. de testam. tut. l. 86. ff. de A. vel O. H. l. 2.
§. 8.

§. 8. ff. de aq. & aq. pluv. add. Grot. de J. Belli & P.
II. 4. 3.

XXXI. Restat nunc videre de Effectu, idque tanto uberius, quanto is in jure nostro est insignior & frequentior. Inprimis autem dicitur fungi vice nominis, l. 6. ff. de R. V. l. 6. ff. de R. C. l. 90. de leg. 3. l. 34. ff. h. t. Leand. Galganett. d. l. p. 1. c. 90. n. 3. Sichard. ad l. 4. num. 2. C. de testam. Ampl. ut procedat, etiamsi forte sit falsa, Bart. in l. 34. per ill. text. ff. h. t. Deinde etiamsi lex requirat mentionem rei nominatam, vid. l. 2. 3. ff. de lib. & posth. junct. §. 5. J. de exhered. lib. l. 24. ff. de man. testam. junct. §. 25. J. de legat. Ulp. tit. 1. f. Imo ulterius ampliatur, quod interdum magis stetur demonstrationi, quam nudo nomini, not. Bart. ad l. 17. n. 18. h. per l. pen. ff. de reb. dub. Felin. in c. 34. n. 1. X. de Rescript. Galgan. p. 2. c. 2. q. 2. n. 7. rationem vide per l. 8. Cod. qui test. fac. post. ibi Bart. & Ang. add. Sichard. ad l. 4. num. 7. C. de testam. & ad d. l. 8. num. 11. Limita hoc ipsum uti supra §. 20.

XXXII. Qui loquitur de Sticho, quem emit, videtur de eo solo sentire Individuo, sive, ut Juridice loquar, specie, qui est emptus, & vocatur Stichus, arg. §. 30. J. de legat. Apparet hic effectus in iis maxime rebus, super quibus, tanquam generibus agere regulariter solent homines, cujusmodi sunt quantitates, vid. Vult. discept. scholast. c. 10. Hac ratione nummi non æstimantur amplius ut genera, seu quantitates, sed exemplo cujuslibet corporis, l. 51. de leg. 1. l. 25. ff. de lib. leg. l. 30. §. 6. l. 34. §. 4. ff. de leg. 1. Hinc, ubi sub demonstratione debentur, alii pro aliis solvi nequeunt, l. 1. §. f. l. 9. ff. de aur. arg. mund.

C 2

d. l.

eg. 3.
. h. t.
ram-
turas
s. late
ac. &
eam
ontra
mund.
endi-
us, O.
D.
em i-
l. 8. C.
Surs
um. 1.
iqui-
titia,
a tota
contr.
07 c. 1.
æ ob-
em re-
c. f. de
Rob.
um. 9.
ctum
tione
vehe-
6. §. 4.
H. l. 2.
§. 8.



d.l. 51. de leg. 1. Castr. ad d. l. 30. num. 9. & 10. ff. de leg. 1. pereuntibus istis perit obligatio, l. 37. ff. de V. O. ne tale debitum cum alio potest compensari, Fachin. l. controu. 6. Treutl. vol. I. Disp. 24. §. 8. add. Molin. tom. 2. de l. & I. tract. 2. disp. 558. num. 19. Nec, sæpius licet legati, amplius quam semel debentur, l. 34. §. 4. junct. §. 3. ff. de leg. 1. Ludvv. Ex. Just. IX. 4. f. Hoc modo erunt quoque de objectis commodati & depositi, arg. l. 3. §. f. l. 4. ff. commod. l. 24. 25. §. 1. l. 26. §. 1. l. 27. 28. 29. ff. de pos. l. 31. ff. locati. §. W. B. Landrecht. p. 4. tit. 4. pr. Wesemb. π. ff. comm. & de pos. ita Vestimentorum erit verus etiam ususfructus, l. 15. §. 4. seq. ff. de usufr. l. 9. §. pen. ff. usufr. quem. cau. Tim. Fab. disp. 15. §. 11. lit. E. Pac. disp. 6. §. 17. Limita tamen, hoc procedere duntaxat in iis, quæ sumuntur à loco, vel similibus, non verò in nuda quantitatis significatione. Quin enim debitor mille v. c. nummorum sit debitor quantitatis, siue generis, nemo fortasse dubitaverit, vid. l. 35. §. 5. ff. de contrab. empt.

XXXIII. Occasione hujus, quod de nummis dictum modo est, quæritur: Utrum id procedat ita indistincte, ut v. g. iste contractus, quo pro re dantur nummi sub certa Demonstratione, non possit esse Emptio? Videtur quod sic. Pecunia enim numerata, cum sit de substantialibus emptionis, videtur deficere ob accessum Demonstrationis, per supr. dict. arg. l. 30. §. 6. ff. de leg. 1. fac. text. in l. ult. ff. de cond. caus. dat. vid. Cujac. XXIII. O. 29. Brunn. ad d. l. ult. Sed negativa videtur verior. Licet enim Demonstratio specificet nummum, tamen non facit, ne sit pecunia numerata, quod ad emptionem sufficit. §. 2. J. de empt. vend. Alias nunquam fere, hominibus sc. ple-

run-

runque sub tacita q̄s. demonstratione pecuniæ præ-
sentis, *Jugum Jug* / contrahentibus, celebrari dice-
remus emptionem-venditionem, adde bonum text.
in l. 5. §. 1. ff. de P. V. Ad d. t. ult vide, quid respondeat post
Gloss. Castr. n. 2. seqq.

XXXIV. Porro arctat & firmat obligationes,
quas & interdum laxat, *vid. l. 5. §. 3. ff. de Edil. Edict.*
junct. l. 18. ff. eod. l. 43. ff. de contrah. empt. §. M. B. Landz-
recht. p. 4. tit. 8. §. Dieweilen. l. 3. ff. ad S. C. Maced. l. 1.
C. eod. Wesemb. π. ff. d. t. n. 4. l. 45. §. 1. l. 60. §. 7. ff. locati. l.
17. §. 3. de S. U. P. l. 9. C. de A. E. V. l. 66. ff. de contrah. empt.
Castr. ad l. 36. n. 6 ff. de S. U. P. l. 1. C. quand. di. leg. junct.
l. 49. §. 1. ff. de leg. 1. l. 38. ff. de Judic. l. 136. ff. de V. O. Castr.
ad l. ult. num. 2. 5. ff. de cond. caus. dat. Jason ad l. 4. ff. de
leg. 1. Castr. ad l. 1. §. 7. ff. de exercit. act. & l. f. de instit.
Everh. Loc. leg. à Tanquam. Cæpol. caut. 243. Ludvv.
ad Wesemb. π. ff. de minor. num. 4. Vi hujus effectus
firma erit alienatio rei dotalis, quæ in instrumento
ab accessione juramenti demonstratur, arg. c. 28. X.
de jurej. Wesemb. π. ff. de fund. dotali. num. 6. Licet
hæc sola denotatio jure nostro Provinciali non suf-
ficeret, vid. §. M. B. Landrecht. p. 4. tit. 25. §. fin.

XXXV. Sed & firmat probationes, *vid. Castr.*
in l. 3. num. 6. C. de testib. Wesemb. π. ff. de test. n. f. & de
fid. instr. n. 6. Rosbach. pract. civ. tit. 61. n. 15. seq. tit. 62.
§. 23. Ludvv. ad Wesemb. π. ff. de question. n. 7. Gail. II.
O. 20. Guid. Pap. decis. 441.

XXXVI. Habet quandoque præter nudum
certificandi, effectum etiam taxandi & limitandi, *vid.*
l. 7. §. 8. de pact. ita, ut ex natura restrictivarum affir-
met, quod ponit, & neget omne, quod non ponit,
vid. Everhard. Loc. leg. à nat. taxat. num. 3. l. 33. §. 1. de

leg. 2. Bart. ad l. 108. §. 10. de leg. 1. l. 27. pr. ff. de pact. l. 34. ff. de recept. arbit. l. 44. h. t. l. 23. ff. de S. U. P. l. 4. ff. de S. R. P. l. 10. de aur. arg. §. 2. J. de stip. serv. l. 16. §. 3. ff. de alim. vel cib. leg. l. 8. §. 3. l. 20. pr. l. f. §. 2. de lib. leg. l. 14. §. 2. ff. de constit. pec. l. 111. de V. O.

XXXVII. In iudicando, an hunc vel illum res habeat effectum, interesse puto, quid egerint partes, aut egisse probabiliter præsumantur, *arg. l. 3. ibi Dd. ff. de R. C. l. 34. de R. J.* idque vel ex natura rei, favorabilis, v. g. vel odiosæ, vel ex ordine verborum, vel aliunde, *arg. l. 12. ff. de judic. c. 6. de Rescript. in 6. c. 27. de præbend. eod. l. 7. §. 8. de pact. junct. l. 9. ff. de probat. l. 59. ff. de leg. vid. Rot. Rom. p. 1. decis. 782. num. 7. decis. 532. n. 2.* Quod si vero nusquam appareat, obtinere videtur nudam denotandi rem naturam, *arg. l. 27. §. f. de leg. 3. l. 12. l. 14. pr. ff. de alim. leg. l. 96. ff. de leg. 1. Galganett p. 1. c. 90. n. 7. & c. 91. n. 11. Felin. inc. 20. n. 4. X. de Rescript. add. Wesemb. π. ff. de probat. n. 16. Grot. II. de J. B. & P. 16.*

XXXVIII. Insignis quoque hic est effectus, quod ea quæ nobis debentur sub demonstratione, debeantur præsentem, *arg. l. 1. pr. ff. h. t.* Cum enim demonstratio non afficiat verba, ut conditio, vid. Bartol. *ad l. 17. col. 1. h. t.* Castr. *ibid. num. 3.* sed res, vel personas, Galgan. *p. 1. c. 90. n. 1.* Ideo, quæ ponuntur ad demonstrandum, ea non disponunt, nec obligant, Galgan. *d. l. p. 1. c. 90. n. 7.* Nec placuit instar conditionis habere sermonem, qui non ad futurum, sed ad præsens tempus refertur, etsi contrahentes rei veritatem ignorent, *l. 120. ff. de V. O.*

XXXIX. In specie: Tacita ejusdem est efficaciæ, cujus expressa, *arg. l. 3. ff. de R. C. ibi Castr. & Dd.*

Dd. *vid. l. 33. §. 1. de leg. 2. l. 4. ff. de vulg. & pub. substit. l. 1. C. de impub. & al. substit.* Et quæ semel expressa est, durare videtur per totam dispositionem, *vid. c. 41. 71. X. de appellat. l. 23. l. 24. Castr. ff. ad SCt. Trebell. §. 15. J. de L. Aquil. Mascard. vol. 2. de probat. conclus. 874. Menoch. II. presump. 84. num. 10.* maxime quando additur vox *dicta*, Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 13. num. 6.* Imo quandoque majoris, *vid. l. 29. §. 1. ff. de V. O. add. quæ habet Vult. ad §. 7. n. 8. ff. de hered. instit. l. 65. §. 1. ff. de leg. 1. l. 52. ff. h. t. l. 77. l. 195. ff. de R. J.*

XL. Qui potest probare, duas qualitates, vel demonstrationes esse veras, habet intentionem fundatam, ita, ut asseveranti contrarium, ejus incumbat probatio, *arg. l. 4. ff. de censib. l. 8. C. qui test. fac. uti hoc ex Bart. & Castr. notat Sichard. ad l. 4. num. 8. C. de testam. Galganett. d. l. p. 1. c. 90. n. 4. s. p. 2. c. 2. q. 7. num. 10. 15.* Etiam si ultra illas duas essent tres vel plures quæ reperirentur falsæ, vel alias insufficientes, *arg. l. 1. §. f. ff. de dot. præleg. junct. l. 94. ff. de R. J.*

XLI. Quod si in dispositione reperiantur una vel plures, quæ rem sufficienter non demonstrant, videndum, quænam rem magis reddat certam, v. c. cujus majorem præsumantur habere notitiam aut rationem, aut quid consueverint disponentes, *vid. l. pen. ibi Castr. ff. de reb. dub. l. 21. §. f. qui test. fac. l. 88. §. 11. de leg. 2. l. 7. §. 2. ff. de supell. leg. l. 18. §. 3. ff. de instr. vel inst. leg. l. 39. C. de fideicom. Sichard. ad l. 4. n. 9. C. de testam. Mantic. IV. de conject. ult. vol. 8.* Quod si omnes sint æquales, & neutra certificandæ rei sufficiat, vitari puto dispositionem, *arg. l. 30. ff. de test. tut. l. 5. §. f. ff. de R. V. l. 62. §. 1. ff. de hered. instit. l. 10. ff. de reb. dub. fac. l. 34. pr. ff. de usufr. l. 36. pr. & §. 1. de leg. 1.* Quod
 amplia,

amplia, etiamsi alter ex forte demonstratis juri suo vellet renunciare, *arg. l. 8. §. 3. de leg. 2. Menoch. IV. presumpt. 25.*

XLII. Venio nunc ad falsam. Quæ sicut veræ contradistinguitur; ita contrarium eam producere effectum, consequens est. Quare, cum illa rem faciat certam, & quod agitur, magis confirmet, hæc rem relinquit in sua incertitudine & obscuritate, & id, quod dictum est, magis infirmat, & vitiat. Quamquam modo diverso. Ea enim, quam supra dicebam necessariam simpliciter, quin falsitate sua vitiet actum, nulla videtur dubitatio, cum paria sint, non esse, & non legitime esse, *l. 5. C. de LL. ibi Dd.* Indictionis tamen falsam positionem instrumentum vitare, negat Bart. *ad l. 34. h. t. Dd. & maxime Felin. inc. 6. n. 11. X. de fid. instrum.* Galgan. *p. 2. c. 2. q. 4.* ubi habet quomodo hic, aut alius instrumentorum error sit corrigendus, pro quo vid. *O. Not. 1512. §. 18. 22. 23. Felin. inc. 3. X. de fid. instr. add. Magnif. Dn. Rebhan prælaud. tr. c. 5. p. 40. seq.* In criminalibus falsam diei denotationem non vitare accusationem, ait Bajard. *ad Clar. V. sent. quest. 66. quod lim. ex ipso Clar. V. sent. §. f. num. 14.*

XLIII. Quæ vero simpliciter necessaria non est, alium habet effectum in actibus inter vivos, & iis, qui fiunt à morientibus. Vivi vel contrahunt, & quando aliunde, quam per demonstrationem, de re certi esse non possunt, sive quod non extet, sive non appareat, vitiabitur iste contractus totus, si res illa esset de substantialibus, solus vero ille articulus, quando esset de naturalibus, vel accidentalibus, *l. 8. §. seq. l. 37. l. 41. §. f. l. 57. ff. de contrah. empt. l. 32. 37. l. 136. §. 1.*

§. 1. de V. O. conf. Magn. Dn. Rebhan d. tr. cap. 11. p. 106. seq. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. IV. tit. 4. lib. III. tit. 4. & s. Eatenus tamen valebit, ut demonstrans teneatur ratione rei, vel qualitatis demonstratae, l. 6. pr. l. 62. §. 1. de contrah. empt. l. 21. §. 2. l. 26. l. 34. ff. de A. E. V. l. 18. l. 19. ff. de Aedil. Edict. Galgan. p. 1. c. 90. num. 6. & late p. 2. c. 2. q. 2. Mantic. d. l. III. tit. 5. num. 6. 10. 14. cum distinctione tamen, l. 16. seq. l. 43. l. 45. ff. de contrah. empt. l. 15. ff. de peric. & comm. rei vend. l. 1. §. 2. ff. de pign. act. l. 19. ff. locati. l. 22. ff. de V. O. Fürstl. Marggr. Bad. Landrecht. part. 4. tit. 8. §. Diweil.

XLIV. Quid si insuper Demonstrantis arguatur dolus? Distingue, ut l. 7. ibi Bart. de dol. m. l. 13. §. 4. ff. de A. E. V. l. 4. pr. ff. de dol. m. & met. except. l. 36. ff. de V. O. l. 5. C. de inutil. stipul. S. M. B. Landrecht. p. 4. tit. 29. §. setzen / ordnen / p. 4. tit. 31. §. Wie ordnen auch. Ludvv. Ex. Just. XIII. 1. a. Welemb. π. ff. de contrah. empt. num. f. Nulla videtur hic diversitas inter contractus uni-vel bilateres, arg. §. 23. J. de inutil. stip. l. 22. l. 32. l. 65. l. 136. ff. de V. O. Nec tamen negaverim, in aliis actibus, qui contractus non sunt, has distinctiones generaliter non procedere, vid. Bart. in l. 21. de V. O. Galganett. p. 2. c. 2. q. 2. n. 1. Quid autem juris, quando falso demonstrantur ipsi contractantes? vid. Galgan. d. l. n. 2. seqq.

XLV. Quem habeat falsa effectum circa nuptias? vid. Ludvv. Ex. Just. II. s. b. Arnis. de jur. conub. c. 2. Circa rescriptum? vid. Bart. ad l. 17. n. II. h. t. Salicet. in l. 23. C. de nupt. Felin. in c. 20. num. 2. & in c.

D

34 X.

34. X. de Rescript. Sichard. ad l. 4. n. 5. C. de testam. Reliqui actus, quibus accedit falsa, quæ, si appareret talis, vitiaret, sustinentur benigna ratione, ex quo res non amplius est integra, arg. l. 3. ff. de off. prator. ibi Dd. §. 7 de test. ord. l. 15. ff. de probat. l. 1. & ibi not. C. de testam. l. 2. C. de sentent. c. 24. X. de sent. & re jud. Alber. de Rotate de testib. p. 1. div. 5. An ergo sustineatur Instrumentum confectum ab eo, qui se falso demonstravit Notarium? vid. l. 7. C. de Numerar. lib. 12. Nov. 44. c. 1. f. Felin in c. 1. num. 17. & 18. X. de fid. instrum. Castr. Sichard. ad l. 1. num. 23. C. de testam. An item offendens bannitum, quem, cum revera talis non sit, putat esse bannitum, sit extra poenam? vid. Bald. pract. tit. quest. circ. emerg. in caus. q. 4. & de statut. q. 8.

XLVI. Circa actus judiciales distinguendum, utrum falso demonstretur res aliqua substantialis, & vitiatur non solum iste actus, sed & totum iudicium, vid. Bart. ad l. 17. n. 12. & 13. ff. h. t. add. Castr. Maxime quando de re aliter non constat, & iste actus est de solennitate iudicii, Bart. d. l. & l. 5. §. pen. ff. de R. V. adde eleganter distinguentem Galgan. p. 2. c. 2. q. 5. Quod si quis ob falsam demonstrationem damnum sentiat, tenetur id resarcire temere falso demonstrans, arg. l. 79. ibi Castr. n. 2. ff. de jud. §. 1. J. de pæn. tem. litig. Ut evitetur falsitas, vide pulchram cautelam apud Felin. in c. 10. num. 9. X. de fid. instrum. Castr. in d. l. 17. n. 4. h. t. Menoch. IV. presumpt. 15. n. 39. Galgan. p. 2. c. 2. q. 7. n. 8.

XLVII. Ratione ultimarum voluntatum diversimode quæritur, vel: An faciat legatum? & negat,

negat *l. 72. §. f. ff. h. t.* nisi forte alia testantis mens appareat, *arg. l. 8. §. 7. ff. de pec. leg.* vid. Bart. *ad d. l. 72. C. J. A. h. t. §. 40. n. 9.*

XLVIII. Vel quæritur: an vitiet suprema judicia? Hujus ratione interest, legasset ita testator, si falsitas fuisset ei nota, an non legasset; hoc casu omnino vitiabit, *l. 46. ff. de jur. fisc. l. 1. f. ff. de Carb. Ed. l. 5. Cod. de testam. l. 14. C. de fideicom. ibi Castr. Gloss. & Dd. ad l. 120. de V. O.* Alber. de Rosate *Vocab. Jur. h. v.* Menoch. *IV. de præsumpt. 24.* Mantic. *IV. de conj. ult. vol. 7. num. 3.* etiam in foro conscientiae, vid. Molin. *tom I. de J. & J. tract. 2. disput. 209. add. disp. 211. n. 3.* Ut quando alicui legatur sub demonstratione affinitatis, officii, consanguinitatis, vel simili, *l. 4. l. 7. C. de hered. instit. arg. l. 9. l. 58. §. 1. ff. eod. l. 33. h. t. l. 20. §. 1. f. ff. de ann. leg. l. 27. ff. de usu & usufr. Castr. ad d. l. 9. l. 14. num. 6. Cod. de fideicom. Mantic. de conj. ult. volunt. lib. IV. tit. 7. n. 19. 20.* Ut autem hæc distinctio ad solas restringatur personas cum Bart. *ad l. 17. n. 9. f. h. t.* nulla videtur sufficiens ratio, *arg. §. 4. J. l. 10. C. ibique Castr. de leg. l. 67. §. 8. de leg. 2. Sich. ad l. 4. num. 3. C. de testam.* Cui autem incumbat onus probandi mentem Testatoris, vid. *§. 4. ibi not. J. de leg. Magn. Dn. Rebhan sæpe laud. tract. c. 8. p. 68.*

XLIX. Deinde est quædam diversitas ratione rerum legatarum. Aut enim legantur quantitates, & quidem sub demonstratione loci, vel simili, & tum, si tota est falsa, tota quoque vitiabitur, sin pro parte, pro ea infirmum erit legatum, *l. 108. §. 10. ff. de leg. 1. l. 1. §. pen. ff. de dot. præleg. l. 8. §. 2. ff. de leg. 2.* ratio-

nem collige, ex §. 32. sup. Castr ad l. 30. num. f. de leg. 1. add. Bartol. ad l. 1. & ad l. 17. num. 6. h. t. Ludvv. ad Wesemb. π. ff. h. t. Idem dicendum de genere illimitato legato, l. 10. l. 34. ff. de aur. arg. mund. Galgan. p. 2. c. 2. q. 1. n. 3.

L. In legato Nominum dist. utrum legem Titio, quod ei ipse debeo, quo casu, si expressi summam, valebit legatum, si nullam definivi, nihil debetur, l. 25. ff. de lib. leg. Menoch. IV. praesumpt. 24. num. 14. evidenti ratione, quæ habetur in l. 75. §. 1. ibi Castr. n. 3. ff. de leg. 1. Idem erit in dote, quam accipi, vel non, relegata §. 15. J. de leg. l. 1. §. 7. l. 6. ff. de dot. preleg. d. l. 25. l. 3. l. f. C. de fals. caus. adj. Utrum legem Titio, quod ipse mihi debet, & fiet valide, si damnavi heredem, ne petat, non vero, ut det. Expresserim autem hoc casu summam, an non, nihil refert, d. l. 25. l. 75. §. 2. Utrum vero legem Titio, quod Cajus debet, & sive expresserim summam, sive non, nihil erit legati, d. l. 75. §. 1. 2. ibi Bart. & add. l. 25. Magn. Dn. Rebhan prelaud. tr. c. 8. p. 69. Alber. de Rosate. d. l. v. Demonstratio. Limita prædicta, non procedere, quando apparet, testatorem respexisse non tam quantitatem, quam quantitatem debitam, arg. l. 96. de leg. 1. l. 27. §. f. de leg. 3. l. 12. de alim. leg. Castr. ad l. 30. n. f. de leg. 1.

LI. Denique, quando legantur certæ species, dicendum; falsam designationem non nocere, §. 30. J. de leg. l. 108. §. 10. ff. de leg. 1. l. 10. ff. de aur. arg. mund. l. 35. §. 1. 2. ff. de leg. 3. l. 17. l. 40. §. 4. l. 33. ff. de condit. & demonstr. l. 5. C. de hered. instit. Ulp. tit. 24. §. 18. Man-
tic.

tic. IV. de conject. ult. vol. 7. num. 1. Quod amplia, ut procedat, quando in se quidem est vera, non tamen eo modo, quo profertur, ut si sit erratum in syllaba, l. 54. de man. test. Galganett. p. 2. c. 2. q. 2. num. 2. add. c. 11. X. de Rescript. Sichard. ad l. 4. num. 5. C. de testam. Ulterius amplia in falsa nominis expressione, §. 29. J. de legat. l. 4. ibi Sichard. C. de testam. num. 10. Felin. in c. 34. num. 2. X. de Rescript. Magn. Dn. Rebhan. d. l. c. 10. p. 108. Porro amplia, quando demonstratio afficit personas, l. 33. seq. ff. h. t. Limita vero, non procedere, quando corpus in qualitate demonstrata vel non extat, vel nos latet, arg. l. 5. §. 4. de R. V. l. 18. ff. de usu & usufr. leg. l. 25. ff. de reb. dub. l. 1. §. 7. ff. de dot. praeg. l. 108. §. 10. ff. de leg. 1. l. 48. ff. de hered. instit. Magnif. Dn. Rebhan. d. l. c. 8. p. 66. Molin. Tom. I. de J. & J. tr. 2. disput. 211. num. 4. Galganett. p. 2. c. 2. q. 1. num. 1. 4. quando autem de re constat, vid. Jason ad l. 4. ff. de leg. 1. Castr. ad l. 17. h. t. & ad l. 4. num. 4. C. de testam. Adhuc limita, quando est circa personam disponentis propriam, vid. l. ult. C. de hered. instit. l. 72. §. f. ibi. Bart. h. t. Galganett. p. 1. c. 90. num. 7. f. Mantic. de conject. U. V. lib. 4. tit. 3. num. 7. nisi & tum doceatur error scribentis, l. 8. ff. de stat. hom. l. 64. ff. de leg. 2. l. 2. C. de err. Adv. l. 7. 24. C. de testam. ibi Bart. l. 92. ff. de R. J. fac. l. 54. ff. de man. test. Mantic. de conject. ult. vol. lib. III. tit. 13. n. 4. seq. Rota Rom. p. 2. lib. 2. decis. 167. num. 3. Quomodo vero iste probetur, vid. Castr. ad d. l. 7. num. 4. vol. 2. cons. 18. n. 3. cons. 304. num. 8. cons. 353. n. 1. Cravett. cons. 630. n. 1.

LII. Quod si falsa concurrat cum vera, nec
 D 3 detur

detur subjectum, in quo ambae possent verificari, respicimus eam, quae est vera, missa altera tanquam superflua, *l. 35. §. 1. de leg. 3. l. pen. §. 1. ff. eod. add. l. pen. ff. de reb. dub. Castr. ad d. l. 17. num. 6. h. t. Sichard. ad l. 4. num. 9. C. de testam. Alber. de Rosat. saepe d. l. vid. sup. §. 40.*

LII. Præter deductos modo effectus, reddit falsa quandoque demonstrantem obnoxium falsitatis crimini, *vid. l. 21. l. 28. ibi Bart. ff. de fals. fac. §. M. B. Landrecht. p. 4. t. 20. pr. add. Felin. in c. 10. n. 33. X. de fid. instr.*


LIII. Probanda veritas demonstrationis est ab eo, qui eam allegat, *l. 5. §. 2. ff. ne quis eum. l. 5. §. 1. ff. de satisd. cog. l. 25. ff. de mil. test. l. 7. §. 1. ff. quib. ex caus. in poss. eat. l. 4. §. 12. ff. vi bon. rapt. c. 16. X. de præscript. Gail. I. Obs. 3. num. 5. seq. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. II. tit. 10. num. 3. Menoch. III. præsumpt. 40. num. 11. Cravett. cons. 991. num. 8. ex generali regula l. 2. ff. l. 2. 23. C. de prob. l. 3. C. de edend. Felin. in c. 8. num. 11. X. de prob. & in c. 15. n. 33. X. de præscript. An vero debeat probari, jurasse testem, quando Notarius in actis scribit, eum hoc vel illud dixisse juratum? *vid. Neg. Bald. pract. tit. quest. circ. probat. q. 9. Quomodo autem probetur veritas? vid. per Galgan. p. 2. c. 2. q. 7. num. 2. seqq. Mascard. vol. 2. de probat. conclus. 875. seqq. Probata sic veritate præsumitur etiam identitas, sive unitas, arg. l. 12. §. 2. ff. de captiv. & postl. l. 19. C. de testam. l. 5. §. f. de R. V. l. ult. C. de R. C. c. 8. X. de probat. c. 10. ibi Felin. num. 6. 7. X. de fid. instr. Menoch. VI. præsumpt. 15. n. 6. seqq. Cravett. cons. 564. num. 4. seq.**

LIV.

LIV. Patuisset quidem spaciosissimus campus, eundo ad speciem, ostendere multa circa hanc materiam pulchra, utilia & quotidiana, sed quoniam ultra intentionem excrevit magnitudo hujus Dissertationis, ea propter Filum rumpo, notatis tamen prius, quæ huic materiæ videntur esse vel Cognata, ut: Demonstratio ocularis, Probatio, Præsumptio, Æstimatio, Juramentum, Laudatio Autoris, & alia, vel Contraria, qualia sunt: Æquivocationes, Suspicio, Opinio, Dubitatio, Conditio. De quibus plura verba facere supersedeo, à Te B. L. quam officiosissime rogitans, si quid in hac diffusissima & profundissima materia excidit, quod vel minus solidi, vel magis habeat obscuritatis, sicut solet humani juris conditio in infinitum decurrere, l. 2, §. 18, C. de V. J. E. velis id benevolentia & favore tuo haud gravatim corrigere, & supplere. DEO
TER OPT. MAX. sit pro infinitis suis
beneficiis omnigena laus, honor,
& gloria in sempiterna
secula,

F I N I S.





X 2615932

KD17





G. C. num. 25.

1673, 3

DISSERTATIONEM INAUGURALEM
DE
**DEMON-
STRATIONE**
DIVINA ADSPIRANTE
GRATIA,

DECRETO ET AUTHORITYATE
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI
JURISCONSULTORUM ORDINIS
IN
Celeberrimo Treboccorum Athenæo,

Ms. 94

PRO
LICENTIA,

Summos in Utroque Jure Honores & Privilegia
DOCTORALES ritè obtinendi,

Solenni Eruditorum Confessui
ad

Diem **XI** Mens. Decemb. M. DC. LXXIII.

Examinandam proponit

H. Lq. S.

HENRICUS GUILIELMUS *Waler/*
Bada-Durlacensis.



ARGENTORATI,
TYPIS JOHANNIS WELPERI.

